

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0001-9

Ec 39.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0002-4

Cl 2588.

BARTHOLOMAEI
Frencelij Cotheni.

# ODÆ SACRÆ DE ADVENTV CHRISTI IN CARNEM,

ad paſsionem, in corda credentium & ad iudicium:

*Ex veteri & nouo Teſtamento:*

Additæ ſunt cantiones, in Eccleſia vſitatæ, de ijſdem pios erudientes.

*SERVESTAE*
Excudebat Bonauentura Faber.
*ANNO*
*M. D. LXXXVII.*

7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0003-0
DFG



# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. RVDOLPHO, Principi Anhaltino, Comiti Aſcaniæ, Domino in Serueſto & Bernburgo, &c. Domino ſuo clementiſsimo.

*Aduentus in carnem* SILOH, *Nati Dei,*
*Et ad ſacratam paſſionem, priſtinæ*
*Salutis eſt origo nobis vnica,*
*Vnum leuamen, vna conſolatio.*
*Nam carne tum triumphat in noſtra DEVS,*
*Hæc noſtra ſeruatur caro, lethæis vadis*
*Orci, Tyrannis & Stygis ſæuißimis*
*Tradenda, ſupprimenda perpetuis plagis.*
*Iſtius auſpicio rurſus DEO Patri*
*GENS SACRA ſumus, redemta morte Filij,*
*Et non relicta ciuitas in ſecula.*
*Gens ſacra, mente quæ fideli, quæ pia*
*DEVM veretur, & timet DEVM piè,*
*Et à DEO ſeruatur iſthoc vnicè.*
*Iſtius aduentu nigræ Stygis incolæ*
*Nos rurſus in throno Parentis aduenæ*
*Grati ſumus, veræq; beatitudinis*
*Veris fruemur in omne ſeculum bonis.*

*Hunc ergo dum pio celebro carmine,*
*Ex fontibus ISRAEL petito: pectore,*
*Rodolphe, Dux Illuſtris, atq; maxima*
*Spes, & futura Domus ANHALTI gloria,*
*Miti Camænas has foueto nunc meas,*
*Altaq; mente verſiculos hos pauculos,*
*Pios tamen, innata pietate pro tua,*
*Magnos tuo fauore fac, & gratia.*
*Sic Chriſtus aduentans ſui te culminis*
*Et aduenam faciet magnum, ſic & domus*
*Vigebit ANHALTI ſemper alta TE DVCE,*
*Teneris aduentu DEI dum maximè.*

*Dat. Bernb. Cal. Octob. Anno Salutis. 87.*

*Illuſtr: Celſ.*
*T.*
*reuerenter colens*

Bartholomæus Frencelius, &c.

# ADVENTVS CHRIſti in carnem.

*1. Tim. 1. Certus ſermo, & dignus, quem omnibus modis amplectamur, quod CHRISTVS IESVS venit in mundum, vt peccatores ſaluos faceret: &c.*

## Ode I. Tricolos triſtichos, trochaico, dimetro, Brachycatalectico dimetro catalectico & Iambico Monometro, hypercatalectico.

$- \cup - \cup \mid - \overset{\cup}{-}$

$- \cup - \cup \mid - \cup -$

$\overset{\cup}{-} - \cup - \mid \overset{\cup}{-}$ .

*Vaticinium de aduentu Meßiæ, Regis promißi in carnem, ex veteri Teſtamento.*

Iuxta melod. *Chriſte du Lamb, &c.*

*1.*

Eſaiæ 62.35. *Ite ciuitatis*
*Per fores, plebeculæ*
*Viam parate.*

*2.*

*Saxa ſemouete,*
*Mox trophæa figite,*
*Viam facientes.*

*3.*

*Iehoua autor huius aduentus.* *Fecit in auditum*

*Termi-*

Terminis in vltimis — *Vbi hic aduen*
Terræ ſupremus. — *tus acciderit.*

4.

FILIAE SIONI — *Cui veniat hic*
Nunciate, dicite, — *Meßias.*
Lætante voce,

5.

En TVVS SALVATOR — “ *Quis ille*
A tuis te ſordibus — “ *Rex ſeu*
Vt mundet, intrat. — “ *Meßias*
*adueniens.*

6.

En opus, laborq́;  — *Officium.*
Ipſius non irritus
Erit, manebit.

7.

Tunc eos vocabunt, — 1. *Effectus*
GENS DEO Patri ſacra, — *huius aduē*
DOMINI redemta. — 2. *tus.*

8.

Tuq́; VISITATA — 3.
CIVITAS vocabere,
Relicta nunquam.

9.

Laus Patri ſupremo

FILIO laus inclyto,
Spiraminiq́;.

10.

Sicut eſt, eratq́;,
Ac erit per omnia
Futura ſecla.

Amen.

## Ode II. Monocolos, Iambicis dim. acatalecticis.

– – ∪ – | – – ∪ ‾∪

*Promißiones diuinas, inprimis de ſemine mulieris, eſſe ratas, & firmas, etiamſi differantur certo conſilio Dei.*

Iuxta melod. *Veni Redemptor*, &c.

1.

*Eſt certus in cunctis ſuis*
2. Cor. 1. *Promißionibus DEVS:*
Lucæ 1. *Has ritè ſeruat, has ſuo*
*Implendo firmat tempore.*

2.

Ezech. 12. *Quamuis & illas differat,*

*Illas*

Illas tamen non negligit:
Maiore quin has poſtea
Ornat, ſacratq́ gloria. 2. Pet. 3.

3.
Sic exhibiturus FILIVM
Differt & aduentum ſacrum:
At hunc dein ornat ſacris,
Certisq́ teſtimonijs.

4.
Annunciat mox virgini
Archangelus, iuſſu DEI,
MATREM futuram ſe DEI,
Summi PARENTIS Filij.

5.
Clauſus IOANNES in ſuæ
Parentis aluo, numine
Dei, ſalit, ſaltu ſuo
Adeſſe teſtatur SILOH.

6.
Elizabetha numine
Repleta, voce, pectore
Matrem DEI caſtiſſimam
Pronunciat puellulam.

7.

Sex teſtimonia de aduentu Meſſiæ in carnem antè incarnationē.

1. Archangeli Gabrielis. Luc. 1.

2. Iohannis Baptiſtæ in vtero matris. Lucæ 1.

3. Elizabethæ. Lúcæ 1.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0011-4

4\.
Mariæ virginis.
Lucæ 1.

*Puella prædicat DEI*
*Clementiam, datam ſibi,*
*ISRAELI datam, ſuum*
*Dum ſuſcipit nunc ſeruulum.*

8\.

5\.
Zachariæ Pat.
Lucæ 1.

*Cornu ſalutis concinit*
*Senex, Dauidis erigit*
*Quod in domo DEVS, ſuam*
*Sic liberans plebeculam.*

9\.

6\.
Angeli ad Ioſephum.
Matth. 1.

*Puellulam ne deſerat*
*Senex, DEI rurſus monet*
*Ales: iubet deîn editum*
*IESVM vocare paruulum.*

10\.

*Laus ſit tibi, tibi decus,*
*Promiſſa quod ſeruans, DEVS,*
*Mittis benignum filium*
*Noſtræ ſalutis initium.*

11\.

*Cornu ſalutis vnicum*
*Noſtræ ſciamus ô eum,*
*Tuo regas nos flumine*
*Regnantium Rex maxime.*

*Amen.* Ode

## Ode III. dicolos tetraſtrophos, Iambicis, dimetris, acatalecticis tribus & vno Trochaico, dimetro catalectico.

– – ∪ – | – – ∪ $\frac{–}{∪}$

– ∪ – ∪ | – ∪ $\frac{–}{∪}$

*Canticum MARIÆ VIRGINIS Deiparæ, Magnificat anima mea Dominum, &c. Decretum I. Synodi in nouo Teſtamento.*

Iuxta melod. *Gelobet ſeiſtu, &c.*

1.

*Mens exilit DEVM MEA*
*SPIRITVS meus pio*
*Fontem ſalutis nunc meæ*
*Pſallit, celebrat pectore. Kyr.*

2.

*Reſpexit hic me paruulam,*
*Pauperemq́; ſeruulam:*
*Dedit, beatam, proſperam*
*Me dicat omne ſeculum, Kyr.*

*Teſtimonium Mariæ virginis de aduentu Meßiæ in carnem.*
*Luc.* 1.
1. Reg. 2.
*Ex cantico Hannæ.*
*Gen.* 3. 12.
2. Reg. 2.
*Pſal.* 22. 51. 85.
*I. De beneficijs ſibi exhibitis.*
*Eſaiæ* 7.
*Lucæ* 1.
*Lucæ.* 1. 11.
*Et ô beata etc.*

3. *Summo*

3.

Exod. 15. *Summo beauit ille me,*
1. Reg. 2. *Cœlicoq́ꝫ munere:*
Iudith. 16. *Eſt qui potens, qui magnus eſt,*
*Cuiusq́ꝫ SANCTVM NOMEN*
*eſt: Kyr.*

4.

II. De bene- *Ipſius & CLEMENTIA*
ficijs publicis. *Cuncta durat ſecula*
Pſal. 23. 102. *Eum timentibus piè*
103.
Pſal. 34. 91. *Fido, bonoq́ꝫ pectore: Kyr.*

5.

Exod. 15. *Exercet iſte robora*
1. Reg 2. *Præpotente dextera:*
Iudic. 9. *Diſpergit & vaniſsimas*
Pſal. 18. 89. *SVPERBIENTIum minas. Kyr.*
119. 31.
Eccleſ. 10.

6.

Pſalm. 112. ,, *Solus potentes de gradu*
1. Reg. 2. ,, *Turbat inclyto ſuo:*
,, *Solus iacentes puluere*
,, *Extollit, euehit benè. Kyr.*

7.

Pſal. 34. 10. 69 *Gazis, bonis quam plurimis*
114. 72. *Implet ille pauperes:*

*Superbi-*

*Superbientes at bonis* Prou. 28.30.
*Dites bonis priuat ſuis: Kyr.*

8.
*Tandem recordatus ſuæ* III. De ſum-
*Patriæ clementiæ,* mo beneficio
*ISRAELEM cariſſimum* Iſraeli præ-
*Nunc ſuſcipit ſeruum ſuũ. Kyr.* ſtito.
Gen.3.12.26.

9. 28.49.
*Noſtris vt olim patribus* Pſal.89.
*In promiſſionibus* 2.Reg.7.
*Spem fecit ABRAHÆ pio,* Pſal.102.
*Cum poſteris in ſecula. Kyr.* Gen 17.12.13.
15.22.

10. Gen.26.28.
*Summo Patri ſit gloria,*
*Eius atq; Filio:*
*Cum Spiritu Paracleto,*
*Nunc, in futura ſecula. Kyr.*

## Ode III. Monocolos carmine Anapæſtico dimetro, catalectico.

vv– vv–|vv– –
– – v

*Canticum*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0015-6

Teſtimonium Zachariæ de aduentu Meſſiæ incarnem. Lucæ 1.

Canticum Zachariæ Patr. de Meſſia CHRISTO, iam exhibito: Benedictus Dominus DEVS Iſrael, &c.

Iuxta melod. *Iam mœſta, &c.*

1.

Gen. 28. *Ergò DOMINVS, Deus vnus,*
Pſalm. 106. *DEVS Iſacidûm benedictus,*
Eſaiæ 14. *Populum proprium quia viſit.*
Ierem. 23. *A ſeruitioq́ redemit.*

2.

I. *Cornuq́ perennæ ſalutis*
2. Reg. 22. *Erexit in æde DAVIDIS,*
Eccleſ. 47. *Pueri, ſeruiq́ fidelis,*
Pſal. 89. 132. *Vatum velut ore locutus.*
2. Reg. 7.

3.

1. Par. 17. *Ex hoſtibus omnibus ipſe*
Eſaiæ 11. *Nos ſolueret, eriperetq́,*
Ierem. 31. *A viq́, manuq́ malorum,*
Oſeæ 13. *Odio pia corda prementum.*

4.

Gen. 12. 13. 15. 17. 22. *Noſtrumq́ miſertus auorum,*
*Pactiq́ dati memor olim*
*Nobis daret omnia, tunc quæ*
*Iurando dicauit Abrahæ.*

5. Tuti

5.
*Tuti furijs ut ab hoſtis* Dan.7.
*Eius famuli maneamus,* Eſa.54.
*In iuſtitia, pietate,* Ierem.23.33.
*Placet huic quæ tempus in omne.* Dan.9.

6.
*Et tu, PUER optime fili,* 11.
*Tu præco vocaberis alti,* Eſa.40.
*Dominum tu voce præibis.* Malach.3.
*Iter ipſius ipſe parabis.*

7.
*Populis des ſigna ſalutis,* Gen.15.
*Tolli probra ſingula gratis,* Pſal.25.32.40
*Bonitate DEI miſerantis,* 51.55.
*Quæ nos bené viſit ab altis.* Pſal.103.

8.
*Appareat ut citò merſis* Eſaiæ 9.
*In morte, Stygiisq́ tenebris,* Ioh.1.
*Noſtrosq́ pedes regat ipſe.* Eſa.40.
*In tramite pacis auitæ.* Pſal.98.
Pſal.14.

9. Ezech.34.
*Genitori gloria ſummo,*
*Sit honos ſit gloria Nato*
*Laus Spirituiq́ ſacrat,*
*Et nunc, & in omnia ſecla.*

Teſtimonium Lutheri de Meßiæ in carnem aduentu ex D. Ambroſio.

## Ode V. Monocolos Iambicis dimetris catalecticis.

– – ᴗ – | ᴗ – ⏓

Eſa. 35. 62.

*Lutheri cantio dulcißima*, Nuhn kom der Heiden Heyland / &c.

*Preces Eccleſiæ pro Meßia exhibendo in carnem, laudes eius continens.*

1.

Pſal. 67. 102. *O gentium ſalus, ſpes.*
Gen. 3. *O virginis alma proles,*
Eſai. 7. *Veni, ſtupeſcat orbis:*
Gen. 49. *DEVM decet iſte partus.*
Lucæ. 1.

2.

Matth. 1.
Eſai. 7. *Ex ſemine non virili,*
Ierem. 31. *Vi Flaminis ſacrati*
Lucæ 1. *VERBVM DEI CARO FACTVM*
Ioh. 1. *Eſt, Virgo fertq́; fœtum.*

3.

Signũ Meßiæ incarnandi. *En Virginis tumet aluus,*
*Pudor manetq́; ſaluus:*
Lucæ 1. *Virtute Virgo multa,*
Vide Proteuangelium S. Iacobi. *Templo DEIq́; clara.*

4.

Egreſſus

*Egreſſus è cubili,* Pſal. 19
*Suo throno regali,* Gygas
*HOMO, Deusq́; verus* Eſai. 7.
*Currat viam ſtupendus.* Ioh. 1. Pſal. 19

5.

*A Patre greſſus eius,* Malach. 3.
*Ad hunc regreſſus eius:* Ioh. 5. 8. 14. 17.
*Excurſus ad Stygis vndas,* Pſal. 16.
*Recurſus ad Patris arces.* Pſal. 46. 68.

6.

*Qui par es ô parenti,* Pſal. 2. 110.
*Dextra tua potenti* Ioh. 8.
*In carne nunc triumpha,* Gen. 3. 12. 22.
*Seruetur vt caro noſtra.* Matth. 1. 18. Gal. 4.

7.

*Præſepe fulget ipſum.* Eſa. 9.
*Nox datq́; lumen almum,* Lucæ 2.
*Ne ſit locus tenebris,*
*Sit firma fides, celebris.*

8.

*Laus ſit Deo Parenti,*
*Laus Filio potenti,*
*Laus Flatui ſacrato,*
*Nunc, ſeculo futuro.*

## Ode VI. Monocolos heptaſtrophos, Iambicis, dimetsis, acatalecticis.

– – ∪ – | – – ∪ –

*Hæc cantio in Eccleſia decãtari ſolet 25. Martij.* *Camilena.* Dis iſt der herrlich frewdentag / *&c. de conceptione Chriſti, in vtero virginis Mariæ Dei paræ.*

*Pſal. 118.* Iuxta melod. *Hæc eſt dies, &c.*

*Lucæ 1.*

1.

*Ioh. 1.* *Hæc eſt dies lætiſsima,*
*Ioh. 3.* *Quam fecit ipſe DEVS, ſuo*
*Matth. 11.* *Nos viſitans VERBO, bonus*
*Meßias promiſſus exhibitus.* *Polum recludens omnibus:*
*Hac luce cæli REX, Deus,*
*Lucæ 1.* *Noſtri miſertus, cælitus*
*Matth. 1.* *Nobis Redemtorem dedit.*

*Ioh. 1.*

2.

*Gen. 3.* *Serpentis aſtu fœmina*
*Rom. 5.* *In triſtia venerat mala:*
*Lucæ 10.* *SEMEN Mulieris at nece*
*Semen mulieris conteret, &c.* *Sua aedemit nos benè:*
*Hac luce FILIVS DEI*
*Ioh. 1.* *DESCENDIT ê throno poli,*

*VERVSq;*

*VERVSq́; FACTVS eſt HOMO.* Gal. 3.

3.

*Vt eſt ab æterno DEVS,* Gen. 3.
*Sic nunc manet verè Deus:* Damaſc.
*HOMO factus eſt, quod non erat* Ioh. 1.
*Vt nos DEI Verbum docet.* Sum quod e-
*Hac luce ſupremus Deus,* ram, nec erã
*Vt nos Homo verè factus eſt,* quod ſum, nũc
*HOMO, DEVSq́; IESVS eſt.* dicor vtrunq́;.
Luc. 1. 2.

4. Matth. 1.

*Hoc ergò feſtum maximo* Emanuel Deus
*Colamus omnes gaudio:* nobiſcum.
*Noſtræ ſalutis hic dies* " Eſa. 7.
*Origo: ſit noſtrum melos:* " Pſal. 118.
*Sit CHRISTE, laus tibi, gloria,*
*Quod factus hac homo die,*
*Tuere nos in ſecula.*

## Ode VII. Monocolos Iãbicis dimetris, acatalecticis.

– – v – | – – v –

Preces ad Deum Patrem, vt nos excitet, vt læto, grato, et alacri animo Meſſiam venientem in carnem excipimus.

Iuxta melod. *Veni Redemptor, &c.*

1.

Rom. 13. *Nos excites, DEVS, ſuas*
*Nato parandas ad vias,*
*Progreſſa nox eſt languida,*
*Dies propinquat inclyta.*

2.

*Fac abijciamus protinus*
*Noctis tenebras noxias,*
*Fac induamur armaq́;*
*Læti, pij Lucis noua.*

3.

*Fac ambulemus ſobriè*
*Cauteq́; ſicut in die:*
*Dignare lucem reddere,*
*Solus tenebras diſcute.*

4.

*Non in commeſſando, malis*
*Non mentis in laſciuijs,*
*Contentione nec graui,*

*Nec*

*Nec inuidentia truci:*

5.

*Sed induamus vt pio*
*CHRISTVM Meſsiam pectore,*
*Et eius aduentu tuum*
*Nomen colamus vnicum.*

6.

*Cum FILIO qui maximo,*
*Et Spiritu Paracleto*
*Regnas, DEVS, terram, polum*
*Regnas in omne ſeculum:*

*Amen.*

# ADVENTVS CHRI-ſti ad paſsionem.

*Matth. 12. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, &c.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0024-6

## Ode VIII. Monocolos vt præcedens.

*Vaticinium de aduentu Meßiæ, Regis promißi, ad paßionem ſuam, ex veteri Teſtamento.*

Iuxta melod. *Rex Chriſte factor, &c*

1.

*Lætare SION Filia,* *Zacha. 9.*
*Lætare magna gaudia:* *Matth. 21.*
*IERVSALEM tu filia* *Marci 11.*
*Intraq́ gaude pectora.* *Lucæ 19.*

2.

*En REX tuus IVSTVS venit,* *Meßiæ deſcriptio.*
*SALVATOR, et PAVPER venit*
*Sedens aſello, iunctus eſt*
*Cui pullus, almus Rex adeſt.*

3.

*Currus, equos, arcus feros* *Effectus huius aduentus.*
*Belli retundet vnicus:*
*Amansq́ PACIS, omnibus*
*Pacem loquetur gentibus.*

4.

*Eius poteſtas à mari,* *Quò vſq́ extẽdatur hoc regnum Chriſti.*
*Eius poteſtas ad mare:*

*Ab alueis ad vltimos*
*Totius orbis terminos.*

5.

Quo medio veniat. QVIBVS.

*Tui cruoris fœdere*
*Vinctos reducis carcere:*
*Et fauce de lacus, aqua*
*Carentis & ſolatio.*

6.

*Ergò ſpei vincti nouæ*
*Munitionem quærite,*
*Et hoc die denuncio,*
*Duplum tibiq́ confero.*

7.

*CHRISTVS tuus Rex en venit:*
*IVSTVS, REDEMTOR en venit:*
*Vrbs ſancta gude gaudia,*
*Lætare SION Filia.*

## Ode IX. Monocolos heptaſtrophos, Iambicis dimetris catalecticis.

– – ∪ – | ∪ – –
∪

*Hiſtoria*

*Hiſtoria de regio ingreſſu IESV Chriſti Saluatoris noſtri, in vrbem Hieroſolymam, ad paßionem ſuam ex nouo Teſtamento.* — *In die palmarum.* 20. *die Martij*

Iuxta melod. *O Lamb Gottes, &c.*

*1.*

*Offerre ſe Parenti* — *Matth.* 21.
*Volens Redemtor orbis:* — *Marci* 11.
*Sacræ propinquat vrbi,* — *Lucæ* 19.
*Mandat ſimul miniſtris:* — *Ioh.* 12.
*Vt aduehant aſellam,*
*Huic additumq́ pullum,*
*Præſepio ligatos.*

2.

*Obſtantibus quid illi*
*Reſpondeant, is addit.*
*His indiget DOMINVS, qui*
*Creata cuncta flectit.*
*Statim remittet illos:*
*Sic iſta, quæ locutus* — *Zach.* 9.
*Addonides, repleta.*

3.

*Max FILIAE SIONIS* — „ *Matth.* 21.
*In arce nunciate.* „

,, En Rex TVVS benignus
,, Venit, ſedens aſellæ,
,, Pullo ſuperq́ matri
,, Qui iunctus eſt iugali,
,, Abite, nuuciate.

4.

1. Hi iuſſa mox capeſſunt,
Allegoriam harum ceremoniarū vide in poſt. Luth. Mox aduehunt aſellam.
Illo ſuperq́ ſternunt
Læti, pijq́ veſtem,
2. Et inclytum miniſtrum:
Veſtes ſuas viarum
Per ſtrata pandit omnis.

5.

Hinc palmulas, oliuas,
3. Iactant, feruntq́ dextra.
Audit ſonare turbas
4. Nato DAVID Hoſianna:
Pſal. 118. ,, REGI Decus, venienti
,, In nomine Patris almi,
,, Altiſsimis HOSIANNA.

6.

Apella vult, miniſtris
Vetet, cui Creator:

Quod

Quod ſi cor eſſet iſtis "	Lucæ 19.
Tacere, ſim REDEMTOR "
Quod orbis huius ille : "
Non hoc tamen tacere "
Iſti poterunt lapilli. "

7.

Vrbi propinquat, vrbem	Lucæ 19.
Lacrymis rigans obortis.	Eſaiæ 56.
Huic ſuam ruinam
Prædicit ore triſtis.
Expellit ac ementem :
Argiua gens potentem	Ioh. 12.
Cupit vincere CHRISTVM.

8.

Ex nube vox citò rupit
Mentemq́ firmat eius.
Furens Apella dicit,
Audis nè gentis huius	Matth. 21.
Voces graues, moleſtas,
Blaſphemiasq́ diras?
Reſpondet ille paucis.

9.

Legiſtis annè dictum "
Dulciſsimum Prophetæ? "

Ex

Pſalm.8. ,, *Ex ore paruulorum*
,, *Lactentiumq́, verè*
,, *Laudem tibi paraſti:*
*Tacent, fatentur ipſi*
*Sic ſe manere victos.*

10.

Marci 11. *Cunctis in æde ſacra*
*Viſis, eos relinquit.*
*Mox veſperaq́ facta*
*Bethaniam reuertit.*
*Hîc cum ſuis miniſtris*
*Tutus ſit, & quietus,*
*Ab hoſtium furore.*

## Ode X. dicolos heptaſtrophos, Iambicis dimetris acatalecticis quatuor, & catalecticis tribus: alternatim currẽs, niſi quod ſexta ſtropſa repetit acatalecticum.

– – ∪ – | – – ∪ –
∪
– – ∪ – | ∪ – –
∪

*Preca-*

Precatiuncula ad Chriſtum, vt nos ſuo Spiritu ſancto regat, vt etiam nos ſeſe Regem noſtrum æternum agnoſcamus, & colamus.

Iuxta melod. Nun frewt euch, &c.

1.

*O CHRISTE, Rex mitiſsime,*
*Quod ille Rex Sionis,*
*Et gentium ſis vnicè,*
*Notate voce Vatis,*
*Fac vt ſciamus optimè,*
*Fac te colamus pectore*
*Læto, pio, fideli.*

2.

*Palmas, oliuas fac tibi*
*Noſtras vt offerentes,*
*Te vindicem, te Tartari,*
*Nouæq; pacis omnes*
*Colamus AVTOREM piè,*
*Fiduciam noſtram benè*
*In te DEVM locantes.*

3.

*Sternamus & noſtras tibi*
*Veſtes, pij, parati,*

*In*

*In rebus aſperis, vbi*
*Notus furunt, & Auſtri.*
*Fac ô tibi ſimul nouum,*
*Vt iſta plebs, hoc canticum*
*Promanus ore grato.*

4.

*Sic ê paterna gloriæ*
*Quando throno redibis,*
*Nos cum beatorum grege*
*Seruabis, & beabis.*
*Sic Patre cum, TE filium,*
*Sanctum ſimulq́ Spiritum*
*In ſeculum colemus.*

## Ode XI. Monocolos, vt ſexta.

– – ∪ – | – – ∪ ⏓

Matheſius. *Gratiarum actio ad CHRISTVM Regem noſtrum pro aduentu ſuo ad paſſionem, & precatio, vt ipſe nos in ſuo regno benignè conſeruare, & contra hoſtes defendere dignetur.*

Iuxta melod. *Rex Chriſte factor, etc.*

1. Pacis

1.
Pacis DEVS, IESV bone,
O Rex Sionis inclyte,
Oracla iuxtà qui ſacra
Nunc pauper intras mœnia.

2.
Qui regna ſic monſtras tua
Aeterna, non terreſtria.
Qui fert pijs victoriam,
Pacem tuam, vitam tuam.

3.
Aeterna tibi ſit gloria
Hac pro tua clementia,
Quod pauper ac inops ades,
Dites polo nos pauperes.

4.
In hoc tuo regno tuos
Nos flecte, ſerua ſeruulos.
Credamus vt victoriam,
NOSTRAM tuam victoriam.

5.
Sit vita, ſit pax hæc tua
Noſtrum leuamen, ancora
Et noſtra, cunctis in malis,

In

*In omnibus periculis.*

6.

*In hoc tuo regno tibi*
*Fac ſeruiamus ſtrenui,*
*VERBOq́; votis & pijs*
*Pugnemus hoſtibus tuis.*

7.

*Donec tuis his omnibus*
*Victis, repreſſis hoſtibus*
*Nos cœlico regno loces,*
*Et nos in æternum bees.*

8.

*Qui Rex eſt vnus ô tuæ,*
*Vnus manes Eccleſiæ:*
*Qui cuncta ſecla maximus*
*Cum Patre, cum flatu DEVS.*

## Ode XII. Tricolos decaſtrophos, Iambicis, dimetris, acatalecticis quinq;, & Trochaicis Brachycatalecticis quatuor, & catalectico vno.

*Quomodo*

– – ∪ – | – – ∪ $\frac{–}{∪}$

– – ∪ – | ∪ – $\frac{–}{∪}$

– ∪ – ∪ | – ∪ $\frac{∪}{–}$

*Quomodo* CHRISTVS, *Saluator noſter, promiſſus Meßias, in carnem, & ad paßionem venerit, eſt nouo Teſtamento.*

Iuxta melod. *Der tag der iſt, &c.*

1.

*Conceptus aluo virginis,*
*Naſcitur puellus.*
*Mox legibus ſeſe ſacris*
*Subijcit, nociuos*
*Vt liberet nos, IORDANE*
*Lauatur hinc in flumine:*
*Dæmon tentat illum:*
*Hinc docet verbum Patris*
*Maximis miraculis*
*Firmat atq; verbum.*

2.

*Clamat Parens è nubibus*
*Aetheris ter ipſe.*

*Ex quatuor Euangeliſtis.*
*Lucæ* 1.
*Matth.* 1.
*Luc.* 2
*Matth.* 2.
*Luc.* 2.
*Matth.* 3.
*Marci* 1.
*Luc.* 3.
*Matth.* 4.
*Marci* 1.
*De his in Chriſto manifeſtato.*
*Anno ætatis ſuæ* 30.
*Tib.* 15.
*Pilati* 3.
*Matth.* 3. 17.
*Lucæ* 3.

| | |
|---|---|
| Ioh. 12. | „ Dilectus iſte FILIVS |
| Mar. 1. 9. | „ Eſt meus, manetq́; |
| | „ Si viuere vultis, hunc meum |
| | „ Audite ſcite FILIVM, |
| Matth. 21. | Inſidens aſellæ |
| Marci 11. | Intrat inde mœnia |
| Lucæ 19. | Sacra, vendentes ſacra |
| | Mox propellit æde. |
| | 3. |
| Matth. 26. | Cœnam dehinc ſancit ſuam, |
| Marci 14. | Proprios honores. |
| Lucæ 22. | Hinc triſtis intrat hortulum, |
| Matth. 26. | Sentiens pauores |
| Lucæ 22. | Ob nos ſuos, triſtem necem: |
| Ioh. 18. | Sudat cruentum ſanguinem, |
| Triſtis eſt ani- | Sanguinem ſacratum: |
| ma, &c. | |
| Lucæ 22. | Quæ parens amiſerat |
| θρόμβοι αἵ- | Primus horto, repparat, |
| ματος χρι- | Sic beatq́; mundum. |
| στοῦ. | 4. |
| Matth. 26. | Captus, relictus à ſuis |
| Lucæ 22. | Siſtitur Phariſæis |
| Ioh. 18. | A proditore: gentibus |
| Marci 14. | Traditusq́; ſæuis. |

Illudi-

Illuditur conuitijs, Matth.26.
Sparcantur ora numinis. Lucæ 21.
Extra noxiamq́; Matth.25.27.
Marci 15.
Fit reus, malus, grauem Lucæ 23.
Baiulat crucem ſuam, Ioh.18.
Figiturq́; ligno. Ioh.19.

5.

Lucæ 23.
Exaudit & latrunculi
Vota, lachrymasq́; Ioh.19.
Tranſacta cuncta flebili Matth.27.
Voce clamat inde. Marci 15.
Lucæ 23.
Orans & ad Patrem ſuum, Iab.19.
Emittit almum Spiritum: Matth.27.
In tumulo quieſcit: Ioh.14.
Frangit ipſe Tartara, Matth.28.
Luce ſurgit tertia, Marci 16.
Victor & iriumphat. Lucæ 24.
Ioh.20.

6.

Victor Stygis, Ditis, necis, Gen.3.
Viuit hic in æuum. Oſeæ 13.
Ioh.14.
Artusq́; transfoſſos ſuis Hebr.2.
Monſtrat, atq́; viuum Ioh.20.
Binis reuelat ſe dapes Lucæ 24.
Inter, ſubit clauſas fores: Ioh.20.

Matth. 28. *Rebus & peractis*
Marci 16. *PATRIS intrat patriam,*
Lucæ 24. *Regnat hic ad dexteram*
Ioh. 20. *Abſq; ſine Patris.*

Illuſtriſ-

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. IOHANNI ERNESTO, Principi Anhaltino, Comiti Aſcaniæ, Domino in Serueſto & Bernburgo, &c. Domino ſuo clementiſsimo.

*CHRISTI ſacratus in piorum pectora*
*Aduentus, vnà cum Parēte matrimonio*
*Et Spiritu, theſaurus eſt, Gazas, opes*
*Omnes ſuperans in orbe, quamuis maximas.*
*Nam ſolus hic cunctos monet, cunctos docet.*
*In carne CHRISTVS ipſe cur apparuit,*
*Ad paßionem curq; miſſus: Sanguine*
*Vt ipſius loti ſacrato ſanguine,*
*Verè beata templa ſpi, flatus, Patris,*
*Eſſemus hîc, & in futuris gaudijs.*
*Hunc hoſpitem pio fouet qui pectore,*
*Verè beatus eſt, reconditam benè*
*Sibiq; theſaurum tenet, quem non manus*
*Auferre furum, quem nec ærugo grauis,*
*Tineæuè corrupiſſe poſſunt: hoc duce*
*In rebus aſperis, & ipſa ſub crcce,*
*Auſtro furente, ſeuientibus Notis,*

Habet

*Habet leuamen, anteferendum cæteris*
*Solatijs, totius orbis: hoc duce*
*Lætus, paratus tranſit ex ſuo benè*
*Ergaſtulo, curans nihil mortalia,*
*Nil Dæmonis minas, necis nil ſpicula*
*Hæc rumino dum pauculis his verſibus,*
*Teneris & inculcando trado mentibus:*
*Erneſte, Princeps, ô Anhaltinæ domus*
*Honosq́ , ſpesq́ ſumma, mitis pauculos*
*Verſus tuere: Trinitatis manſio*
*Eris, manebis alta, grata manſio:*
*Et CHRISTVS aduentu ſuo gratiſſimum*
*Reddet ſuæ te manſionis aduenam.*

*T. C.*

*reu. colens*

Barth. Frencelius,

# ADVENTVS CHRI-ſti in corda credentium.

*Matth.6. Adueniat regnum tuum. Ioh.14. Et veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus.*

## Ode XIII. Tricolos, triſtichos, vt prima.

– v – v | – v̄

– v – v | – v v̄

v̄ – v – | v̄

*Teſtimonia veteris & noui Teſtamenti de aduentu Chriſti in corda credentium.*

Iuxta melod. *Chriſte, du Lamb, &c.*

1.

*In loco quocunq́;*
*NOMINIS memor MEI*
*Eris, manebis.* Exod. 20.

2.

*Ipſe te, tuosq́;*
*Viſitabo NVMINE,*
*Tibi BENEDICAM.*

3.

*Pauperes ſacratum*
*Nuncium capiunt, habent* Eſaiæ 11.
*DE REGE CHRISTO.*

4.

Ioh. 14.

Me fouet quicunq;
VERBA cuſtodit MEA,
Sacrata verba.

5.

Vide D. Matheſium in poſtill. ſuper Euangel. Matth. 11. de tertio aduentu Chriſti, &c. Pag. 35.12. in ſeq.

Hunc Pater ſupremus
Rite DILIGIT meus,
Semper fouebit.

6.

Nos ad hunc veniemus
Sponte, noſtra manſio
Eritq; ſolus.

7.

Laus Patri ſupremo,
Filio laus inclyto,
Spiraminiq;.

8.

Sicut eſt, eratq;,
Ac erit per omnia
Futura ſecla.

Amen

## Ode XIIII. Monocolos

Iambicis dim. vt tertia

– –. ∪ – | – ∪ ∪

Quod

Quod Filius DEI, Dominus noſter IE-
SVS Chriſtus, etiam hodiè nos viſitet,
& quæ ſigna huius viſitationis,
ex Matheſio. Pag. 36. &

Iuxta melod. Nun kom der, &c. ſeq.

1.
Veni, benigne CHRISTE, Ioh. 14.
Plebeculæ tuæq́;
Fac corda manſiones
Soli TIBI ſacratas.

2.
Promittis hoc miſellis, Exod. 20.
Præſtas & hoc miſellis,
Præſtare vis benignè,
Dum durat orbis iſte. Matth. 28.

3.
Eſt hæc quidem tua tota, Pſal. 2. 8.
IESV benigne, terra,
Quam tradidit ſecundo Pſalm. 110.
Tibi Parens ADAMO:

4.
At illa ſola regna,
Vrbes, & illa corda Exod. 20.
Bonus, ſecundus intras, Ioh. 14.
Nutu tuo ſecundas: 5. Quæ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0045-3

5.

Acto. 2. Quæ ſponte conciones
De te, tuisq; flagris,
Acto. 10. Victoria tuaq;
Et audiunt, tenentq;

6.

Matth. 9. His hoſpes appropinquas,
Ioh. 14. 15. 16. Illis nefas remittis,
Acto. 2. 10. His pneuma das ſacratum,
Ioh. 10. Vitamq; ſempiternam.
Ionæ 3.

7.

Teſtis Ninos ſuperba,
3. Reg. 17. Sunamq; teſtis ipſa,
Lucæ 19. Domusq; te fauente
Eſt vita cui, ſalusq;

8.

Signa aduentus Christi in corda credentium.
Et nunc ea ſola regna
Vrbes, imperia, corda,
Lætus, benignus intras,
Vultu tuoq; luſtras;

9.

Quæ te colunt, benignas
1. Pſal. 24. Et eleuando portas
Ioh. 14. VERBVM tuum receptant,

Firma

Firma ſide receptant. Ioh. 6.

10.

Quorum nepos & vnda 2.
Lauatur in ſacrata: Marci 16.
Quorum tuo grauata Tit. 3.
Leuantur ore corda. 3.
Matth. 5.31.

11.

Paſcuntur & cruore, 4.
Tuoq́ꝫ corpore verè, Matth. 26.
Manent tuæq́ꝫ mortis Marci 14.
Memores in omne tempus. Luc. 22.
1. Cor. 11.

12.

Vnum DEVM fatentur, 5.
Trinum DEVM fatentur: 6.
Hunc inuocant tuoq́ꝫ Ioh. 17. 4.
In nomine, Chriſte, ſolo. Ioh. 14.

13.

In corde ſentiuntq́ꝫ 7.
FLATVS chariſsima dulce, Rom. 8.
Et gratiæ, precumq́ꝫ, Zach. 12.
Vitæq́ꝫ ſempiternæ.

14.

Probant ſuamq́ꝫ factis 8.
Fidem bonis: Draconis Ezech. 20.
9.

Vincunt

Ioh.16. *Vincunt boniq; cunctos*
*VICTORE TE furores.*

15.

10. *Fatentur atq; læti*
Rom.10. *Tua iuſſa: dein quieti*
11. *Obdormiunt in iſtis,*
Apoc.14. *Saluantur ac in iſtis*

16.

*Dum vis, iubesq; ſigna*
*Nos inter iſta cuncta*
*Vigere, ſcimus & te*
*Nos intereſſe, manere.*

17.

*Semen tibiq; ſanctum,*
*Tibiq; conſecratum,*
*Nos inter excitare,*
*Nos inter & tueri.*

18.

*O hanc benignitatem,*
*Et patrium fauorem*
*Largire quæſo nobis,*
*Serua diuq; nobis.*

19.

*Ne nos tuum ſacratum*

*Offendat*

Offendat vſq́; verbum,
Perſona, vilitasq́;,
Tu nos regendo flecte.

20.

Mundana mundus iſte
Sectetur, ambiatq́;,
Nos te ſequamur vnum,
Sanctum tuumq́; Verbum.

21.

Beata templa PATRI,
TIBIq́;, FLATVIq́;,
Vt ſimus hoc in orbe,
Veni benigne CHRISTE.

## Ode XV. Monocolos Trochaicis dimetris Brachycatalecticis.

– ∪ – ∪ | – ∪
—

Cantilena, Gottes Sohn iſt kommen, etc. docens pios, quod Chriſtus etiam hodie ad nos per Verbum, ſeu vocem Euangelij, & Sacramenta veniat.

Melodiam quære in Lipſico exemplo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0049-8

| | |
|---|---|
| Ioh. 3. | CHRISTVS ecce noſtram |
| Qui propter | Venit ob ſalutem |
| nos Homines | Has in orbis oras |
| & propter no | PAVPER, atq; ſpretus, |
| ſtram ſalutẽ | Nos vt à patratis |
| deſcendit de | Liberaret omnes. |
| cœlis. | |
| Zach. 9. | 2. |
| Luce 2. | Iam venit quoq;, cunctos |
| Matth. 1. | Et monet benignus, |
| Ioh. 14. | A malo recedant, |
| Exod. 20. | Mox malumq; plangant, |
| Matth. 28. | Deuouendo falſa, |
| Matth. 4. 5. 6. | DILIGENDO VERÆ. |
| Ioh. 3. | |
| | 3. |
| Matth. 11. | Eius haud pudet quos |
| Matth. 11. 9. | Quiq; λύτρον eius |
| Ioh. 3. | In fide receptant, |
| Pſal. 32. 51. 130 | Applicando firmant, |
| Pſalm. 25. | Crimen, & nefasq; |
| | His remittit omne. |
| | 4. |
| Matth. 26. | Præbet hiſce cœna |
| Marci 14. | In SVA SACRATA |
| Lucæ 22. | In cibum SEIPSVM, |

CORPVS

*Corpus atq; VERVM,* 1. Cor. 11.
*Cordibus piorum*
*In leuamen vnum.*

5.

*Sic piè vigentes,* Ioh. 15.13.
*In DEO manentes,*
*Dum DEVM timere* Lucæ 2.
*Geſtiunt, auentq;,* Ioh. 8.
*Corde, mente læta*
*Tranſeunt ad aſtra.*

6.

*Meta nanq; vitæ* Pſal. 39. 90.
*His adeſt repentè:* Eſaiæ 25.
*A malisq; CHRISTO* Ioh. 10.
Lucæ 16.
*Liberantur vno:* Matth. 22.
*Spirituq; caſtis*
*Iungitur miniſtris.*

7.

*Arbiter reuerſus,* Acto. 2.
*(Dicit ipſe CHRISTVS)* Matth. 24.
*Quando ſurget omnis* Lucæ 21.
Eſa. 26.
*Dormiens ſepulcris,* Dan. 12.
*Ad pedesq; cunctis* Iob. 19.
*Ritè congregaſtis:* Ezech. 37.

Matth. 24.25. 8.
Ioh.10. *Deſtinabit illos*
Matth. 22. *Gaudÿsq́; iuſtos,*
Ioh. 5. *Impioſq́; cæcas*
2.Cor. 4. *Ad Stygis tenebras:*
Eſa. 66. *Hîc ferent ſceleſtæ*
*Flagra digna vitæ.*

9.

*O benigne CHRISTE,*
Lucæ 21. *Corda noſtra flecte.*
*Singulis vt horis*
*Creduli reperti,*
*Hinc eamus apti*
*Gaudÿs futuris.*

## Ode XVI. Monocolos, vt præcedens.

*Erudit pios hæc cantio, cur Chriſtus à Parente miſſus: quomodo hic homo ſpes retineatur, & retineri poſſit.*

*Menſchen kind merck eben, &c.*

1.

Gen. 1. *Diſce, ficte gleba,*
Iob. 14. *Quæ ſit hæc tua vita,*
Pſal. 39. *Cur DEIq́; GNATVS*
1.

*A Paren-*

| | |
|---|---|
| *A PARENTE miſſus,* | Gen. 3.21. |
| *Hoc in orbe blandus* | Matth. 1.21 |
| *Factus eſt PVELLVS.* | Luc. 1.2. |
| | Ioh. 1. |
| 2. | Gal. 4. |
| *Doctor vt ſit orbis,* | Deut. 18. |
| *Sit REDENTOR orbis,* | Eſaiæ 53. |
| *Probra morte tollat,* | Iohel. 2. |
| *Gratiam reportet,* | Luc. 2. |
| *Sit TVVS MEDIATOR,* | Ioh. 1.3. |
| *Atq́ DEPRECATOR.* | Matth. 1. |
| 3. | 1. Tim. 2. |
| *Vtq́ te ſacratum* | Eſai. 53. |
| | Ioh. 17. |
| *Per ſuum PARACLETVM,* | Matth. 27. |
| *Per ſuumq́ VERBVM* | Lucæ 23. |
| *Viſitet miſellum,* | Ioh. 15. |
| *In tuoq́ corde* | Ioh. 14. |
| *Aßit abſq́ fine.* | Matth. 28. |
| 4. | Ioh. 14. |
| *Hunc foueto FLATVM,* | 2. |
| *Fac DEIq́ iuſſum:* | Ioh. 14. |
| *Cor tuum recludat,* | Ezech. 20. |
| *Ipſe CHRISTVS intret,* | Exod. 20. |
| | Deut 6. Ioh. 15 |
| *Per ſuumq́ verbum* | 16. Coloſ. 3. 1. |
| *Te regat redemtum.* | Tim. 4. Ioh. 17. |

 Rom. 5.

| | |
|---|---|
| | 5. |
| Matth.5. | Tunc vide, ſtudeq́ꝫ, |
| 1.Tim.3. | Vt piè, modeſtè, |
| 1.Cor.10. | Hoc in orbe viuas, |
| Exod.3.27. | |
| Pſal. 95. | Non ei reſiſtas, |
| Deut.18. | Expleas ſed vnum |
| Matth. 3. | Ipſius cupitum. |
| Ioh. 6. | 6. |
| Ioh. 14. | Hunc amato ſolum, |
| Pſal.2. | Hunc celebrato ſolum, |
| Ioh.5. | Rebus inq́ꝫ cunctis |
| Lucæ 21. | Fortis ac alacris |
| Matth.24. | Sis, vt huic placere |
| Marci 13. | Hoc queas in orbe. |
| Rom.13. | |
| Eccleſiaſt. 37. | 7. |
| 3. | Te geres ita ritè, |
| Ioh.14.17. | Te fouebit ille: |
| 1. Tim.1. | Conſcientiaq́ꝫ |
| Matth.25. | Optima fruêre: |
| Eſa.58. | Sic EOq́ꝫ TESTE |
| Ezech. 28. | Hæres eſto vitæ. |
| | 8. |
| Iere.12. | Nunc cruci ſubiectus, |
| Ioh.16. | Non tuiq́ꝫ compos, |
| 1.Pet.4. | |

Parte

Parte mox ab omni | Ioh.14.15.16.
Pugna cum Dracone: | 1.Pet.5.
Gaudium ſequetur, | Apoc.12.
Te pium ſequetur. | Ioh.16.

9.

Per necem DEVS te | Gen.3.
Auocabit ipſe, | Rom.5.
Spiritusq́ue celſa | Matth.10.
Viuet inter aſtra, | Lucæ 16. 23.
Dum tuba ſonante | Apoc.6.7.
Surgat omnis orbe. | Matth.25.
1.Theſ.4.

10.

Ioh.5.10.
Tunc magnus, potensq́ue, | Matth.25.
Corporaliterq́ue, | Lucæ 21.
E polo migrabit: | Acto.1.
Dicet, haud tacebit | Matth.25.
Omnibus, tibiq́ue,
Qui pij fuêre.

11.

Ite ô benedicti, „
Me per & renati, „
Dexteram tenete: „
Electi venite, „
Regna, parata vobis, „ Matth.25.

Ioh. 16. „ Poſsidete PATRIS.

12.

Matth. 25. Tunc erisq; lætus,
1. Cor. 2. Liber àq́; pœnis,
1. Cor. 13. In futura vita,
Apoc. 21. Auſpicante CHRISTO,
Matth. 13. Viuus atq; clarus,
SOL velut, nitebis.

13.

Matth. 5. O beate, FLATV
Luc. 8. Ducte ſic ſacrato,
Matth. 11. Audiendo VERBVM
Ioh. 10. Sis habere CHRISTVM
Dignus, innouantem
Te, tuamq́; mentem.

14.

Matth. 25. At malus, ſecurus,
Lucæ 21. Cui nec ipſe CHRISTVS
Ioh. 3. Cura, gaudiumq; :
Hic ſciat, gehennæ
Quod datus, peribit,
Perditus peribit.

15.

O venito, CHRISTE,

O tuosq;

*O tuosq́; flecte,*
*Te colant ſacrati:*
*Inde ſempiterni*
*Te, tuumq́; nomen*
*Glorientur, Amen.*

## Ode XVII. Monocolos, vt ſexta.

– – ᴗ – | – – ᴗ –
ᴗ

*Preces ad Deum Patrem, vt ipſe nos viſitet in ſalutari ſuo, vt templa ſimus et maneamus Chriſti, Filij ſui, &c.*

Iuxta melod. *O lux beata, &c.*

1.

*Pater ſupreme, viſita* Pſal. 106.
*Nos in SALVTARI tuo* Matth. 1.
*In FILIO cariſſimo,* Lucæ 1.
*Datore ſalutis vnico.* Ioh. 1. 3.

2.

*Mentis tenebras diſcute,*
*Mentem ſacro ſpiramine,*
*Verboq́; colluſtra, foue,*
*Rex intret iſte gloriæ.*

*Simus, maneamus vt tui*
*Beata templa FILII,*
*TE, Filium, paraclitum*
*Colamus omne ſeculum.*

4.

*Præſta, Pater mitiſsime,*
*FILI veni, Rex maxime,*
*Flatu tuo nos innoues,*
*Verbo tuo nos recrees.*

*Amen.*

## Ode XVIII. Monocolos Trochaicis, dimetris Brachycatalect. vt 12.

*Alia precatiuncula in tertia dominica Aduentus Domini: Matheſij.*

– v – v | – –
v

Iuxta melod. *Gottes Sohn, &c.*

1.

*O Pater ſupreme,*
*O Deusq́; vere*
*Dicimus tibi grates*
*Maximas, perennes,*
*Quod tuos in orbe*

*Viſitas*

*Viſitas benignè.*

2.

*Viſis in benigno*
*Hos, TVOq́ GNATO:*
*Sic eis reuelas*
*Semitas ſacratas*
*Quêis queant adire*
*Aſtra, regna vitæ.*

3.

*Nuncium reuelas,*
*Quo domos beatas,*
*Is penetrat vnus,*
*Qui fidelis eius*
*Captat aure vocem*
*Hancq́ tenetq́ vocem.*

4.

*Te, Pater, precamur,*
*Per tuum precamur*
*Nomen, hac in ipſa*
*Veritate ſerua*
*Nos, tuos miniſtros.*
*Per NATVM redemtos.*

5.

*Ne ſit ille nobis*

*Scandalo miſellus:*
*Ne furenter eius*
*Verba negligamus:*
*Quin eum Magiſtrum*
*Audiamus vnum.*

6.

*Ritè ſic redemti,*
*Ritè ſic beati,*
*Cum pijs, beatis,*
*Angelis beatis,*
*Te, tuumq́ nomen*
*Efferemus. Amen.*

# ILLVSTRISSI-MO PRINCIPI AC DOMINO, D. LVDOVI-CO, Principi Anhaltino, Comi-ti Aſcaniæ, Domino in Serueſto, & Bernburgo, &c. Domino ſuo clementiſsimo.

*Mortalibus ſuper orbe cunctis hæc tria*
*Voluenda, cogitanda mente ſunt pia*
*Semper: diluuium, ſana FILII DEI*
*Mors, & tremenda iudicij lux vltimi.*
*Nam ceu priora comprobant duo, maximũ*
*Non velle peccatum, probare nec, DEVM,*
*Sed ſemper hoc, nefas vt abominabile,*
*Odiſſe, vindicare dextra vindice:*
*Sic poſterius docebit omnes impios,*
*Spreuere qui cunas, crucem, necem, plagas*
*CHRISTI, fuêre nec ſacrata manſio*
*Diuinitatis: eſſe hunc ſine termino*
*Dandos tenebris, & gehennæ, dentium*
*Vbi ſtridor, eiulatus atq; ſontium*
*Erit, manebit omnium miſerabile,*
*Et impijs cunctis ineuitabile.*
*Hoc & docebit, eſſe ſolos hos Deo*
*Patri benedictos, qui Deo, qui proximo*

*In ſerui-*

*In ſeruiendo, ſidem probarunt ſtrenue*
*In FILIVM; docebit & tunc tergere*
*Eccleſiæ cunctas ſupremum lacrymas,*
*Et hanc locare velle ſedes in ſacras,*
*Diu paratas. Quæ breui dum carmine,*
*Pio tamen, voluto, commendans piæ*
*Iſthæc iuuentæ: ſtirpis Aſcaniæ decus,*
*Ludouice, magnum, Patriæ ſpes & decus,*
*Magno pios foueto verſus nomine:*
*Sic CHRISTVS ipſe te fouebit numine,*
*Noſtræ ſis vti magna columna patriæ,*
*Cœleſtis hæres atq; tandem patriæ.*

*T. C.*

*reu. colens*

Barth. Frencelius,

# ADVENTVS CHRI-ſti ad extr. iudicium.

*Lucæ 21. Et tunc videbunt filium hominis venientem, &c. Acto. 10. Chriſtus conſtitutus eſt à Deo, Iudex viuorum & mortuorum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0064-8

# Ode XIX. Monocolos Carmine anapæſtico dimetro catal. vt quinta.

∪ ∪ – ∪ ∪ – | ∪ ∪ – –
– –   ∪

*Teſtimonia Veteris, & noui teſtamenti de aduentu CHRISTI ad extremum iudicium.*

*1. Quod venturus ſit Chriſtus ad extremum iudiciũ.*

Iuxta melod. *Iam mœſta quieſce, etc.*

1.

*Dominus venit ecce ſupremus,*
*Cum millibus ecce miniſtris,*
*Sanctisq́, potens venit, æquus*
*Iudex ſiiet orbis vt huius.*

*Prophetia HENOCH ſeptimi Patriarchæ de ſuturo iudicio. Vide epiſt. Iudæ. Item Chronic. Phil. p. 15. 16.*

2.

*Vt puniat impia facta,*
*Vt penſet & impia verba*
*Quêis ſe, ſua nomine ſancta*
*Lacerauit turba profana.*

3.

*In iudicium DEVS ipſe*
*Semel hoc adducet in orbe*
*Occulta, ſimul manifeſta,*
*Seu ſint bona, ſeu mala facta.*

Eccleſ. 12.

4. Tua

4.

Tua verò cadauera viuent,
Eſaiæ 26. Reſurrectio mortuorum. — Me dante meiq́; reſurgent
Telis, gladiove peremti,
Viuent mihi, morte redemti.

5.

Vita æterna. — O euigilate, venite,
,, O lætitiaq́; repleti
,, Mihi viuite, puluere terræ
Qui nunc habitatis in ipſo.

6.

Similia teſtimonia vide. Eſa. 25. 65. 66. 24. 35. Dan. 7. 12. Ezech. 37. Pſal. 22. Iob. 6. Hebr. 19. Extremum iudicium.

,, Ceu roſida prata virebis,
,, Superûm benè rore virebis,
Mox eijciesq́; priora,
Sibi tradita, corpora terra.

7.

Mea plebs, intrato cubile,
Tua claudens oſtia ritè:
Modicum te quæſo reocnde,
Dum tranſeat ira, furorq́;.

8.

,, Dominus de ſede beata
,, En egredietur vt ipſa
,, Habitantum crimina, ſordes

Aduerſus

*Aduerſus eos tegat omnes.*

9.

*Tunc terra ſuumq́ꝫ cruorem*
*Releuabit ſponte per orbem.*
*Subita nec cæde peremtos*
*Vltrà teget inclyta tellus.*

10.

*Dominusq́ꝫ redibit in igne,* Eſa. 66.
*Eius quaſi turbo quadrigæ:*
*Is in igne cuiqꝫ rependet,*
*Scelus inq́ꝫ furore rependet.*

11.

*Nam, iuſtus vt arbiter, omnem*
*Celerabit pendere carnem*
*DOMINVS, cunctos & in igne*
*Homines trutinabit, & enſe.*

12.

*Sol, Cynthia, Sidera, Pontus,* Matth. 24.
*Sua ſigna dabunt: ſimul huius* Marci 13.
*Vis tota mouebitur Orbis,* Lucæ 21.
*Homo languendo tremet omnis.*

13.

*DOminum tunc, aſtra regentẽ,* Lucæ 21.
*Hominis Natumq́ꝫ potentem*

Ioh.5.6. *Manifeſta luce videbunt,*
Acto.10.17.1. *In nube venire videbunt.*
2.Tim.2. 14.
1.Theſ.4. *Hic à Genitore ſtatutus,*
2.Pet.3. *IVDEX pius, arbiter æquus,*
2.Cor.5. *Viuos vti iudicet, & quos*
2.Theſſ.1. *Hæc reddidit vndiq; tellus.*

## Ode XX. Monocolos, vt ſexta.

|– – ∪ – | – – ∪ – ∪

*De forma extremi iudicij, luculenter ab ipſo Filio DEI, Domino noſtro IESV Chriſto, deſcripta Matth. 25.*

Iuxta melod. *Chriſte du biſt der, &c.*

1.

*Gaudete ô omnes pij,*
Matth. 25. *Mox ingruet NATVS DEI,*
Ioh. 5.6. *Qui noſter eſt frater, Patris*
*Eſt qui ſupremi FILIVS.*

2.

*In nocte, ceu fur, ingruet,*
2.Pet.3. *Nos ſingulos & obruet,*
*Terræ cauis in vallibus*

*Huiuſce*

Huiuſce quotquot viuimus.

3.

Is in ſua potentia — Matth. 25.

Cum venerit, atq; gloria, — Lucæ 21.

Stipatus Angelis ſuis,

Sanctis, miniſtris inclytis:

2. Quomodo venturus ſit.

4.

Potens ſuper ſedem ſuæ

Sedebit ipſe gloriæ, — Dan. 7.

Et congregatis omnibus

In orbe toto gentibus:

3. Cur venturus ſit.

5.

Seiunget à pijs malos,

Vt paſtor abs hædis oues:

Oues locans à dexteris, — 2. Theſ. 1.

Hædos ſiniſtris à ſuis.

6.

Tunc dexteris à ſtantibus

Rex: ô benedicti, ô Patris

Tenete mei palatium,

Vobis ab æuo conditum.

Sententia iudicij.

Solatium piorum.

Credentes ſeu pij benedicti: Gen. 12.

7.

En eſuriui, vos pia

Vos me cibaſtis dextera:

Effectus fidei in Chriſtum. Preſſo ſiti ſitim mihi
Ceſſaſtis haud reſtinguere.

8.

Me ſuſcepiſtis hoſpitem,
Me veſtijſtis pauperem:
Me debilem, me vinculis
Viſiſtis in duriſsimis.

9.

Præ gaudio quærent pij,
Hoc fecimus quando tibi?
Quando cibo, potu DEVS
Te quæſo nos refecimus?

10.

O quando te ſuſcepimus
Nos hoſpitem? veſtiuimus
Te quando? vincto, languido
Opem ferentes oppidò?

11.

Et dicet his Rex: fratribus
Quæcunq; feciſtis meis
His paruulis, hoc vos mihi,
Meo tuliſtis nomini.

12.

Impij ſeu in- Tunc & ſiniſtris: cedite,

Dicet

*Dicet: maledicti cedite*
*Ignes in, & REGI Stygis,*
*Eiusq́; paratos Angelis.*

*creduli, maledicti.*
*Supplicium impiorum.*

13.

*Fame laboranti meum*
*Dediſtis haud mihi cibum:*
*Preſſo ſiti mihi ſua*
*Duri negaſtis pocula:*

*Quicquid ex fide non eſt, peccatum eſt. Rom. 14.*

14.

*Hoſpes fui, nudus fui,*
*Temſiſtis at me ſtrenui:*
*Temſiſtis ægrum, morbidum,*
*Durisq́; vinclis traditum.*

15.

*Et hi ſtudebunt dicere*
*REGI: licuit num cernere*
*Fame, ſitiúe te macrum,*
*Nudumúe prorſus, & exterum?*

*Hyprocraſis impiorum.*

16.

*Num vidimus te languidum,*
*Vinclis ſimulq́; traditum,*
*Et non miniſtros, ſtrenuos,*
*Dignosúe te, nos geſſimus?*

17.

Rex hiſce contra: fratribus
Quæ præſtitiſtis haud meis
His paruulis, hæc & mihi
Non præſtitiſtis peßimi.

18.

Ibunt & hi triſtes, citò,
Ignes in æternos mali:
Verum pij petent ſacra
Vitæ futuræ gaudia.

## Ode XXI. Monocolos hexaſtrophos, Iambico, dimetro, acatalectico.

– – ᴗ – | – – ᴗ –
ᴗ

*Vaticinium Ieſu Chriſti, Filij Dei, de ſignis extremum iudicium præceſſuris: Item quid pijs, hæc ſigna videntibus, faciendum, & quomodo vltimus dies expectandus.*

Iuxta melod. *Vater vnſer im, &c.*

1.

Signa extremi iudicij. Lucæ 21. Exteriora.

Et ſigna Sol dabit ſua,
Et Luna, poliq́; ſidera:
Angor, tremor mortalium

Mentes

Mentes in orbe plurimum | Matth. 24.
Prement: maris fluctus, aquæ | Marci 13.
Dirum ſonabunt vndiq́ꝫ. | 2. Theſſ. 2.

2.

Tabeſcet omnis hinc homo, | Interiora.
Et præ timore maximo, | 2. Tim. 3.
Rerumq́ꝫ præ formidine
Quæ tunc futuræ maximè:
Vires mouebuntur poli,
Vis orbis huius maximi.

3.

Et tunc videbunt FILIVM | Aduentus
Hominis, potentem, maximum, | Chriſti ad iudicium.
Cinctum beatis angelis
In nubibus cœli vagis | Matth. 24. 25.
Venire cum potentia,
Cum maximaq́ꝫ gloria.

4. | Conſolatio piorum.

Hæc incoare cernitis
Quando fieri, lætiſsimis | Eſaiæ 65.
Obtutibus ô attendite, | Oſeæ 13.
Caputq́ꝫ quisq́ꝫ tollite: | 1. Cor. 15.
Nam veſtra tunc Redemtio | Pſal. 16.
Adeſt, ſalus & inclyta. | Apoc. 20. 1. Ioh. 3.

Tempus adeſt lætum tollite quiſq; caput.

5.

Videte ficus, arbores,
Cum parturiunt gemmas ſuas,
Aeſtas quod inſtat, cernitis:
„ Sic vos, vbi videritis:
„ Hæc, ſcite lætantes, boni,
„ Regnum quod inſtet nunc DEI.

6.

Confirmatio præcedentium ab impoßibili.

„ Tranſibit ætas non prius
„ Hæc omnis, his in finibus
„ Dum facta ſunt hæc omnia:
„ Tellus, poliq́; ſidera
„ Hæc tranſeunt: at dogmata
„ Non tranſeunt vnquam mea.

7.

Quid faciendum hic vltimis temporibus.

Cauete veſtra pectora
Ne poculis, ne crapula
Curis vel huius ſeculi
Grauentur; & vos, ô pij,
Et voſmet in cautos dies
Hic obruat nouißimus.

8.

2. Petr. 3.

Nam rete ceu, vos obruet
„ Ergò vigilare vos decet,

Decet

*Decet precari, ſingula* „
*Hæc mente vitetis pia,* „
*Et antè FILII DEI*
*Stetis thronum digni, pij.*

## Ode. XXII. Tetracolos, duobus Trochaicis Trimetris, Brachycatalect. vno dimetro catalectico, & vno monometro hypercatalectico.

*D. Apoſtoli Pauli de extremo iudicio vaticinium, ſeu præmonitio.*

- - - v | - v - v | - -
v v
- - - v | - v v
v -
- - - v | -
v

*Quod reſurrectio mortuorum, certiſſima ſit, qualis futura ſit, & quis eiuſdem finis.* 1. Theſ. 4.

Iuxta melod. *Es wird ſchir der, etc.*

*1.*

*Mortui quomodo lugendi.* 1.

*Nolo voſmet ignorare, fratres,*
*De cunctis ijs, obdormientes*
*Quos reliquit hîc ſua*
*Vita lubrica.*

2.

2\. Ne vos luctus angat ille vanus,
Angit cæteros qui, non habentes
Spem vitæq́; cælici
Spemq́; gaudij.

3.

Vide Lutherũ Tom. 1. pag. 101. 69. Sihe auff den Todt Chriſti durch welchẽ dein todt erwürget iſt.

Nã ſi credimus, quod ipſe Ieſus
Eſt extinctus, eſt & excitatus
Ex ipſius horridis
Lethi vinculis:

4.

Piorum mors ſomnus. 1. Cor. 15.

Sic cũctos Deus, qui per benignũ
Nunc obdormierunt ritè Natũ,
Abducet manu ſua,
Cum Gnato ſuo.

5.

1\. Cor. 15.

Hoc vobis enim, velut ſacratum
Dicimus, reuelamusq́; Verbum
Eius, qui poli ſacra
Flectit ſidera:

6.

Forma reſurrectionis.

Quod nos, qui videbimus vitale
Lumen, relliqui ſub fine mundi
Aduentantis in diem
Chriſti

*Chriſti maximum.*

7.

*Dormientibus non præuenire*
*Fas erit: Deus quin cum potente* — Hypotipoſis aduentus Chriſti ad iudiciū.
*Hortatuq́ʒ, voceq́ʒ*
*Angeli ſui,*

8.

*Ac DEI tuba polo deſcendet.* — 2. Theſſ. 1. Matth. 24.
*In Chriſtoq́ʒ mortuus reſurget*
*Primus omnis, vindice*
*Excitus Patre:*

9.

*Nos deinde, qui viuemus, his cū*
*Mox in nubibus cauis in ipſum*
*Occurſum properabimus*
*Chriſti Iudicis.*

10.

*Sic ſemperq́ʒ cum DEO potente* — Vſus reſur. & extr. iud. Rom. 8.
*Manſitabimus læti, pijq́ʒ:*
*Veſtra conſolatio*
*Hæc ſit vnica.*

*D. Apoſt. Petri de extremo die præmonitio.*

Ode XXIII. dicolos heptaſtrophos, Carm. Iambicis, dimetris, acatalecticis, quatuor: & catalecticis tribus, alternatim currens: niſi quod ſexta ſtropha repetit acatalecticum.

– – v – | – – v –
v
– – v́ – | v – –
v

*2. Pet. 3.*

*Parænesis D. Petri Apoſtoli ad pios, vt ſecuritatem impiorum ſub fine mũdi fugiant, & extremum diem in ſanctis conuerſationibus, & pietate expectent.*

Iuxta mel. *wer Gott nicht mit, &c.*

1.

*Et hoc ſciatis omnium*
*Primum, quod in diebus*
*Nouißimis temnentium*
*DEUM ſit affuturus*
*Grex, qui voluptates ſuas*
*Sectans, dolos & impios,*
*Furente corde dicet:*

*2. Pet. 3. 1. Tim. 4. 2. Tim. 3. Iudæ 1. Illuſores in extremis diebus venturi.*

*2. Aduen-*

2.

Aduentus eius ſunt vbi
Promiſſa vana, nulla ?
Poſt fata Patrum num poli
Stellantis aſtra, terra,
Et quicquid orbis continet,
Mutata ſunt ? his quin manet
Aſſumta forma ſemper.

Signum extremi iudicij
Vide Lutherũ ſuper hunc textum Tom. 1. fol. 254.
Impiorum blaſphemiæ.
1. Tim. 4.
2. Tim. 3.

3.

Verum ſcientes neſciunt
Cœli domos fuiſſe:
Verbo DEI malè neſciunt
Terramq́; conſtitiſſe
Et ex aquis, per ac aquas:
Per hæc & in diris aquis
Totum periſſe mundum.

Reſutatio blaſph.
Gen. 1.

4.

Sic & polus nunc, terraq́;
DEI Parentis vno
VERBO repoſti ſunt: duce
Seruantur hoc & igni.
In iudicij diem ſacrum,
In ſontium mortalium
Pœnasq́; ſempiternas.

Gen. 7.
Mundus et opera in ea igni exerentur

5. Hoc

5.

*Hoc vnicum, cariſsimi,*
*Vos debet haud latere.*
*,, Dies ocellis in DEI*
Pſal. 90. *,, Quod æquat vna mille*
*,, Annos, & anni mille quod*
*,, Sint vnicus dies velut,*
*,, Haud falſa dico vobis.*

6.

1. Tim. 2. *Promiſsionem nec DEVS*
Ezech. 12. *Tardat ſuam, profani*
Deus non *,, Vt clamitant: mitis bonus*
tardat pro- *,, Quin fert ſcelus maligni.*
miſsionem *,, Is neminem vult perditum,*
ſed eſt lon- *,, Is pœnitentem vult reum,*
ganimis. *,,*
Pſal. 103. *,, Vult viuat ille ſecum.*

7.

Matth. 24. *In nocte, fur tanquam dies*
Marci 13. *Approximabit iſte.*
Lucæ 21. *Cœli peribunt tunc fores,*
1. Theſſ. 5. *Triſti graui fragore.*
Apoc. 3. *Mox corpora rerum ſemina,*
*Soluentur igne, condita*
*Tellure cum cremabunt.*

8. Hac

8.
*Hæc ergò quando ſingula* — Quid pijs faciendum.
*Soluentur in momento:*
*Quo corde, mente qua pia*
*Vos par adeſſe quæſo?*
*Vt præſtolemini pij*
*Vt acceleret is hunc boni*
*Diem DEI ſacratum.*

9.
*Soluentur igne quo poli,* — Apoc.21.
*Elementa quo liqueſcent.* — Eſaiæ 65.30.
*Promiſſa ſed iuxta DEI* — Matth.13.
*Sperare vos oportet* — Rom.8.
*Cœlos nouos, terram nouam*
*In quêis habitet iuſtum, nouum.*
*In ſempiterna ſecla.*

10.
*Hæc dum, mei cariſſimi,*
*Speranda certò vobis.*
*Videte repperiamini*
*In pace regis huius.*
*Huiusq́, tollerantiam* — 2.
*Veſtram ſalutem maximam,*
*Solamen & pietate.*

Ode

## Ode XXIIII. Monocolos pentaſtrophos, Iambicis dimetris acatalecticis.

– – ∪ – | – – ∪ –
∪

*Cantilena Eraſmi Alberi, Gott hat das Euangelium, &c. de ſignis, extremum iudicium præceſſuris.*

*Melodiam quære in libello, &c.*

1.

Matth. 24. *Euangelium dedit DEVS,*
2. Petr. 3. *Nos redderet pios, bonos:*
2. Tim. 3. *Non curat hoc mundus bonum,*
Impij ſecuri. *Plerique temnunt plurimum:*
*Hinc præ foribus lux vltima.*

2.

Eſa. 56. *Quis vera curat dogmata?*
Ierem. 6. 8. 22. *Creuit fames auri ſacra,*
1. Theſſ. 5. *Creuit, repleuit omnia*
auari. *Volunt nec adeſſe triſtia:*
*Hinc præ foribus lux vltima.*

3.

2. Tim. 3. *En indies mali nouas*
Matth. 24. *Excogitant fallacias,*

*Fundos*

Fundoſ, opes quêis, & bona — Marci 13.
Ad ſe citò raptant omnia:
Hinc præ foribus lux vltima.

4.

Audimus hei verbum DEI, — 2. Tim. 3.
Quis viuit hoc iuxtà piè? — Impietas &
Plæriſq; viſus eſt DEVS, — cõtemtus verbi, imò ipſius
Caſus timent nec maximos: — DEI.
Hinc præ forib. lux vltima. — Irriſores.

5. — 2. Pet. 3.

Regnant nefas, libidines, — Pſal. 14.
Et proximi fraus, & dolus, — 2. Tim. 3.
At ſi DEVS haud exiſteret, — Proditores.
Vbiq; nunc pauper iacet: — Præcipites.
Hinc præ forib. lux vltima. — Immorigeri.

6.

Eccleſiæ Gazas tenent, — Sacrilegi.
At inde lucri nil habent:
Sinunt egere pauperes, — Carentes affectu.
Bolum rapiunt è faucibus:
Hinc præ forib. lux vltima.

7.

Hæc peſtis ipſorum bona — Cor habentes exercitatũ rapinis.
Non ſunt ab ipſis condita,

F Raptant

Raptant tamen: ſic pectora
Cogis fames auri ſacra?
Hinc præ forib. lux vltima
8.
Impij. Temnunt ex alto nunc Deum,
Sectantur inanem gloriam:
Faſtuoſi ſuperbi. Pulcrum tumor, ſuperbia,
Pulcrum dolus, mendacia:
Mendaces Maledici. Hinc præ forib. lux vltima.
9.
Vbi fauor nunc proximi?
2. Tim. 3. Fures in orbe plurimi:
neſcij fœderis. Hîc nulla fides, conſtantia,
Tentatur hîc pecunia:
Hinc præ forib. lux vltima.
10.
Inflati ſuperbi Parænes es mundus bonas
Intemperantes. Temnit, DEI´q; graues minas:
Madere vino nunc decus:
Glutire cuncta nunc honos:
Hinc præ forib. lux vltima.
11.
Matth. 24. Nunc in diem laus viuere,
Voluptatem Laus delitijs ſe dedere:
Hoc

Hoc callet omnis vnicè,
Technas ſcit omnis optimè:
Hinc præ forib. lux vltima.

amantes potius quam amãtes Dei.

12.

Titan ſtupeſcit aureus,
Hæc intueri neſcius,
Amittit hinc lumen ſuum:
Nam triſtius ſpectaculum?
Hinc præ forib. lux vltima.

Iohel. 2.
Ezech. 38.
Lucæ 21.
Oſeæ 10.
Apoc. 6.
Matth. 24.
Marci 13.
Luc. 21.
Rom. 8.

13.

Phœbe dolet cum ſtellulis,
Mærentq́ue tectis vultibus,
Optant redemtus ſe malis
Ab his, malis triſtiſsimis:
Hinc præ forib. lux vltima.

14.

Hinc, Chriſte, ô IESV veni,
Pertæſa terra perditi
Tot ferre mundi crimina,
Finem DEVS fac illico,
Fac ingruat lux vltima.

Rom. 8.

Ode XXV. Monocolos,
Iamb. dimetris acatal. vt ſexta.

Preces

– – ∪ – | – – ∪ –
∪

Preces ad DEVM Patrem, vt nos excitet, vt læto vultu, & alacri animo Meßiam Chriſtum, venientem ad extremum iudicium, expectemus.

Iuxta mel. *Erhalt vns Herr, &c.*

*1.*

*DEVS benigne, Filium*
*Qui iudicem viuentium,*
*Et mortuorum ſub die*
*Vis, ordinas nouißimo.*

*2.*

*Qui vis per hunc Eccleſiam*
*Sub ſine mundi ô tuam*
*Seruare tandem prouidus*
*Ex omnibus periculis:*

*3.*

*Rogamus, ô DEVS, tuam*
*Humiles, pij clementiam,*
*Vt acceleres opus tuum,*
*Et libere scœtum tuum.*

*4.*

*Nos transfer in regnum, tuæ*

Plebi

Plebi paratum maximè:
Mundi prius primordia
Quam ponerentur maxima.

5.

Et tempus triſtat dum tui
Iſtius ô læti dieî,
Læti fac ô nos hunc diem
Vt præſtolemur vnicum.

6.

Fac poculis, aut crapula
Ne noſtra grauentur pectora,
Curis vel huius peſſimi,
Syrenibusúe, ſeculi.

7.

Sic ſtabimus digni, pij,
Tribunal ante FILII:
Cum Filio, cum ſpiritu,
Qui cuncta regnas ſecula:
Amen.

Τέλος καὶ δόξα τῷ Θεῷ.

## Melodia ode quartæ, &c.



## Dis iſt der herrlich frewdentag/ etc.



## *Melodia cantilenæ, Gottes Sohn iſt kommen, &c.*



## Gottes Sohn iſt kommen/etc.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0089-0

Ce 3740

ULB Halle 3
004 953 606

TA-06

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0091-2



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0092-8

Cl 2588.

BARTHOLOMAEI
Frencelij Cotheni.

# ODÆ SACRÆ DE ADVENTV CHRISTI IN CARNEM,

ad paſsionem, in corda credentium & ad iudicium:

*Ex veteri & nouo Teſtamento:*

Additæ ſunt cantiones, in Eccleſia vſitatæ, de ijſdem pios erudientes.

*SERVESTAE*
Excudebat Bonauentura Faber.
*ANNO*
*M. D. LXXXVII.*

7

B.I.G. Farbkarte #13 Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue Inches Centimetres
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-131243-p0093-3
DFG